

1183 verbum Dei, inter alia, quae intulit verba, quoque beati Ambrosii ad se traxit et alludens materiae secundum tempus conversionis suae ita locutus est dicens: Beata, inquit, virgo, cuius hodie sollemnia celebramus, 13. aetatis suae anno mortem perdidit et vitam invenit¹, ego autem eodem vitae habens annos versa vice vitam perdididi et mortem inveni; annos vitae appellavit ~~et~~ illos, ex quo ceperat vivere Deo, non eos, quos in vanitate seculi consumpserat, quorum tamen omnium summa poterat esse tunc circiter 33 anni. Itaque transacta in stragor aliquanti temporis mora complerit ibi certa relatione, quod locus locationis eorum non sit vacuus, quod ad introitum eorum oporteat eici antiquos habitantes eius. Hoc illi aegre ferentes referunt ad episcopum Danielem, quibus ille tale fertur dedisse responsum: Non propter vos, inquit, eiciuntur, sed propter excessus suos, cum etiam si vos non essetis, mallet potius ibi lupos illulare quam tales habitare. Ita episcopo perseverante in sententia fit illorum exterminium et nostri succedunt eis usque in hodiernum diem. Sic contigit et tali ordine processit illorum eieccio et istorum introductio, utrum bene vel male, non

1) Ambrosius, Ep. 1, Migne 17, §13